

*Omnes qui crediderant erant pariter
et habebant omnia communia.*

Lectio Actuum Apostolorum

2, 42-47

⁴² Erant [fratres] perseverantes
in doctrina apostolorum et communicatione,
in fractione panis et orationibus.
⁴³ Fiébat autem omni animæ timor;
multa quoque prodigia et signa per apostolos fiébat.
⁴⁴ Omnes autem, qui crediderant,
erant pariter et habebant omnia communia;
⁴⁵ et possessiones et substantias vendebant
et dividebant illas omnibus, prout cuique opus erat;
⁴⁶ cotidie quoque perdurantes unanimiter in templo
et frangentes circa domos panem,
sumebant cibum
cum exultatione et simplicitate cordis,
⁴⁷ collaudantes Deum
et habentes gratiam ad omnem plebem.
Dóminus autem augébat, qui salvi fierent
cotidie in idípsum.

Verbum Dómini.